Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36535
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

vobis quidē oportebat primū loqui uerbū dīe
cetera. Et messa ē terra. idē collecti sunt omnes
quotquot fuerunt p̄ordinati ad uitā ēternam.
de quibus scriptū ē. Si fuerit nūmerus filiorū
israel. quasi arena maris. reliquie salue fient.
Et alius angls exiuit de templo. quod ē in celo.
Superius dixerat anglm. de templo exisse. nūnc
autem ubi hoc templum uisum fuerit indicare
curauit. Hic quoq; angls xp̄c est. Porro celum
hic simplicēter debemus intelligere habitationē
ēlorum. ubi ē templū. idē sci angli. in quibus deus
habitat. Si enim in hominibus licet peccatoribus
habitare dignatur iuxta illud. inhabitabo in illis
et inambulabo. quanto magis in anglis qui sine
peccato sunt. Ipsi itaq; sunt templū dī. quia inc̄
iugiter p̄sistunt contemplatione. Exiuit ḡ de
templo quod ē in celo. ñ quo a contemplatione
anglorum recederit. sed quia assumendo carnē
hominibus uisibilis apparuit. Habens et ipse
falcem acutam. idē iudiciariam potestatē quia
pater ñ iudicat quemquā sed omne iudicium
dedit filio. Vel sicut dictum ē in falce acuta.
p̄dicatio intelligitur supna. quē diuidit patrē
a filio. et filiū a patre. et cetera. sicut in euglio dīr
dicit idē reprobos a bonis. Et alius angls exiuit
de altari. Qui p̄ superiorem. ipse designatur. et p̄
hunc anglm. idē xp̄c nūntius paterne uoluntatis.
Altare autem idē est quia pontifex xp̄c scilicet q̄
quē mūnera nra dō patri dirigimus. petentes